

1985

/ Admodum R/de Pater, Egi rursum cum Ill/mo Cardinali Verallio  
Protectore de fratribus recollectis, qui istic desiderantur; non  
enim ausus sum scribere ad R/dum Patrem f.Andream à Soto, Ordi-  
nis Commissarium, cum ista negocia ad me nullo modo pertineant.

5 Illustrissimus et Reverendissimus Protector, qui mihi est amici-  
ssimus, hoc dedit consilium, ut rescriberem R.V. ut hortaretur  
fratres istos ad scribendas literas et desiderium suum illi ipsi  
Protectori aperiendum, et quid sit quod impedit commune bonum;  
ipse enim adhibebit remedium et imperabit P.Commissario, quod è  
10 re communi esse judicaverit. Valeat R.V. mei memor in sanctis  
precibus suis. Romae, die 20 Martii 1618.

R.V.

frater, et servus in X<sup>o</sup>

f 1962